melodias angelorum non habuit voluntatis spiritum. Deficiens in admiracione, portam civitatis intrare non potuit. Attonito castitas videns sociam suam defecisse, civitatem sibi notam audacter ingreditur. Pertransiens diversos ordines et paululum cum pertransisset eos, invenit quem querebat. Videns autem eum in solio glorie sue residentem, extraxit silenter unum de iaculis et traiecit in eum. Tunc rex sentiens ictum iaculi: dixit. Quis me tetigit. Cum autem omnes astantes hac permoti non virtute iaculi mirarentur: volens scire quod eum tetigisset dixit. Tetigit me aliquis. Karitas in hiis que verbis maiori accepta fiducia, alterum extraxit iaculum et trahens cum impetu vehementi: cum regis viscera tam suaviter transiuit: ut usque ad cor eius iaculum perveniret. Nec extraxit sagittam: sed ita in corde regis ut percusserat dereliquit. Tunc demum rex aperiens quid sentiret: dixit. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa etc. Sicut de vulneribus sanguinis et alter liquor profluit: sic ab hoc vulnere stille dulcedinis et voluptatis profluentes animam que in lectulo collocata languentes amore nuncios suos expectabat. sic inebriaverunt ut oblita quam ante passa fuerat: et nichil aliud agere poterat: quam collate dulcedini congaudere

Sequitur parabola quomodo omnes virtutes convenerunt in unum ut unam preponerent omnibus

Omnes virtutes convenerunt aliquando in unum: ut ex seipsis unam in reginam sibi eligerent. Et primum quidem ut fieri solet: diverse diversa super hoc sentiebant negocio. Alie enim humilitatem tali dignam honore dicebant: eo quod ipsa grato mixture sua vitatis ac dulcedinis sapore religiosorum quorundam tam actus quam sermones condiat et contemperet, et acceptari ab omnibus faciat, ipsosque in bono permanere ac perseverare statu blando cottidiano instructionis sue hortamento edoceat. Asserebant quod quamvis boni sine illa sit, non solum nichil valere, sed eciam esse maximo operanti detrimento: ipsam potissimum omnium custodem ac nutricem virtutum esse. Scalamque quandam qua ipsum petatur celum. Sicut econtrario per superbiam inde ruitur, dicente domino. Omnis qui se exaltat humiliabitur etc. Alie autem pro varietate intellectus sui rei publice sue summam prudencie attribuendam contendebant: propterea quod illa tamquam quedam virtutis perita et tocius magistra discipline a cunctis prelata sapientibus. cum ipse Salomon se eam super salutem et omnem pulchritudinem dilexisse ac sibi omnia pariter cum illa venisse testetur. Dicebant quod eam interiores oculos illustrare, scripturarum clausa reserare, questionum nodos dissolvere, sic parvulos lactare, ut eciam adultis

congruum ministret cibum. perfectis quoque apponat, ubi ingenium exercere valeant. Sine qua enim quicquid est brutum vel cecum dici potest: cui vero adest, perspicax et illustre. Sed non defuere in illo virtutum cetu, qui huius certaminis palmam virginitati deferendam censerent. Ideo quod hec virtus angelorum propria et specialis sit, et cum de celo olim descendisset, propriam sibi ac perpetuam sedem in corde beate Marie virginis constituerit. Unde et dominus incarnandus elegit eam in habitacionem sibi. Post illam vero in mentibus innumerabilium virginum utriusque sexus tamquam in preclarissimis quibusdam templorum suorum aditis inhabitavit: et inhabitando domus eos conspectibus dignos representari fecit sicut scriptum est. Adducentur regi virgines post eam. Asserebant quoque nichil hac virtute inter homines honestius. sicut ex opposito nichil libidine turpius. cum hec eadem in scripturis turpitudo ipsa vocetur. Nichil eciam in futuro seculo Christo propius ac familiarius adherere virginitate secundum quod scriptum est: Hii secuntur agnum quocumque ~~agnum~~ ierit. Sicut econtrario nichil in die iudicii ita dignum confusione ardore et fetore ut libidinis obprobrium. Unde et quedam ex ipsis abstinencie quoque virtuti summam laudem preferebat: eo quod sollicita custos fidissimaque comes virginitatis sit. ceterarum eciam virtutum sedula nutrix. Que a noviciis sit incipienda, ut eciam a perfectis non sit relinquenda: precipue autem cum parsimonie bonum non solum in cibis verum eciam in ceteris corporeis rebus sit tenendum. non tantummodo gustus, sed et alii sensus nostri ab illecebris quibuscumque sint arcendi: quatinus oculos nichil lasciviens delectet: nares in odoriferum olere: os non nichil ociosum loqui. Denique cor ipsum nichil inutile cogitare. Cum igitur virtutes taliter pro inter se altercacione alie alia preferendo disceptarent. una ex ipsis nomine prudencia cuius et superius mencio facta est. stans in medio. et manu silencio indicto ait. Quia ut video disputacio super posito negocio hucusque habita multiplici dissidet varietate: bonum michi videtur si vestre placet serenitati unam ex nobis colligere cuius solius industrie eleccionis arbitrium committamus. ut quod ipsa inde dixerit, cetere omnes unanimiter sequantur. Cumque sese huic sentencie libenter acquiescere cuncte respondissent: illa extenso in dexteram partem digito. Ecce inquit hec est consors et commilito mea discrecio. et que non parte inter ipsas nostri ordinis, precellencioris semper habet auctoritatis.

De virginitate

non

De abstinencia

humilitate

prudencia

De discrecione

Ipsa si placet huius rei arbitra iudexque constituatur. Consentimus aiunt omnes. Tunc discrecio prius siquidem ab aliis satis rogata surgens humiliato capite paululum demorata quasi loqui verecundans, sive ut attenciores redderet auditores, summo ab omnibus facto silencio, cunctarum auribus ad eius verba erectis, huiusmodi tandem habuit oracionem. Laudo quidem dilectissime quod de consortibus vestris tam bene sentitis omnes, et unamquamque fere earum regali honore dignam consentitis. Et quo plures ad hoc regimen ydonee vestris occurrunt obtutibus, eo maioris operis est prudencia discernere que potissimum eligenda sit: ne ipsa nobis copia ut dicitur inopes faciat. Credo enim modo habent illa egregium quiddam et quasi singularis laudacionis vestre premio attollitis benivolencie: quod vero illam que ceteris omnibus iure precellat non decrevistis, simplicitatis est. Nunc vero que sit ipsa: secundum parvitatis mee intellectum audite.

Amor dei

Amor dei omnibus virtutibus: omnibus bonis iure prefertur. In cuiuscumque enim hominis cor virtus illa advenerit: cetere quoque virtutes conveniunt et velud filie matrem sequuntur. Vicia vero eam velud omnino sibi contrariam statim fugiunt: atque ab ea tamquam arida ligna consumuntur. Peccata quoque preterita et presencia [?] et multa alia in eius delentur adventu sicut scriptum est: Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Amor dei in homine non potest esse viciosus non potest esse falsus: non potest esse vacuus non infructuosus. Nam quod superius de humilitate atque prudencia ceterisque virtutibus laudando protulistis: sciendum quod humilitas in multis esse hominibus nec pura nec perfecta. Quia plures aut consciencia delictorum, aut paupertatis vel tribulacionis cuiuslibet adversitate oppressi, se se humiliant: adeo ut humilitatem non semper in bono accipiat scriptura ut ibi humiliavit in terra vitam meam. Denique et aliquis potest humilis videri: et non nullis viciis sedari. Amori vero dei cum viciis nulla societas aut consensus esse potest. Itaque humilitas nisi amoris dei amminiculo fulciatur: vel nulla vel minima virtus est. De prudencia quoque cuius superius meminimus nichilominus dicendum: quia nisi amoris huius de quo agimus velud cuiusdam alimento impinguetur: fumare potest pocius quam lucere: et inflare pocius quam prodesse. Prudencia enim carnis mors est. Prudencia sine dei amore talentum domini sui in terra novit abscondere: non lucrando multiplicare. Novit eciam alios despicere: non edificare. Amat suum exercere ingenium non in consulendis simplicibus sed decipiendis: non ignaros erudiat sed ut incautos seducat. Virginitas eciam quam inter precipua bona numerastis nisi divino amore regeretur ad nullam utilitatem cultores suos eciam usque ad mortem observata deduceret: quia gentiles quoque phylosophi celibem duxerunt vitam. et perpetue fuerunt custodes virginitatis: et in templo vel feste virginum chori nephandi deservierunt antiquitus sacrificiis.

in aliis virtutibus vicia sunt propter proximitatem [?]

Virginitas sine aliis bonis plangenda pocius quam laudanda est. Virginitas sapienti non usa consilio. quoniam sit inutilis: fatue probant virgines. quibus celestis clausa est ianua. Hanc vero abstinencie virtutem quasi egregium quiddam ac precellens dicitis. nondum quia parsimonia nisi dei regatur amore. affligere potest prodesse non potest. Abstinere enim quempiam a cibis. et non a viciis. quid est aliud quam licet in futuro pene. et ante eternos cruciatus seipsum cruciare. et cum ad custodiam sanctitatis, seu ceterarum virtutum abstinencie soleamus operam dare si alie desint virtutes. iam hec superflua est que nichil custodit. Dei amor hiis omnibus caret periculis: quia neque sine ceteris virtutibus potest esse. nichil viciosum in se quolibet recipere. quoniam divinus amor non esset. si aut benefacere negligeret. aut pravum omne devitare. Cum enim in uno sit virtute aliquis a recto intencionis tramite contigerit vel paululum ut sepe fit deviare: dei amor illico ei occurrit. illico reprehendit, corrigit, ac vie devio reddit. Si cum quelibet aliqui remissius agere et negligencie sompno opprimi cepit, statim divinus ardor expergefacit, stimulat, instigat, et insolita reformat diligencia. Sicque fit ut per eam et negligentes excitentur, et diligentes ad maiora provehantur. Igitur quia hec utique maioribus preest et minoribus adest. quia et in se ardet. et alios ad bene operandum accendit: quia circa se nil remissum nil tepidum patitur. et quia sine hac virtutes cetere inopes sunt: hec eadem omnium aliarum regimen ac magisterium meo digna est iudicio suscipere.

Postquam discrecio assedit, cetere omnes virtutes eius dicta approbare, laudare et admirari ceperunt. et semetipsas vehementer reprehendere, quod numquam aliter de hac re sensissent. Extructoque cum festinacione regali throno, ac multiplicibus ornamentis decorato: assumentes dei amorem cum ympnis et laudibus eum super illum posuerunt eidemque deinceps subiecte et obedientes cum omni reverencia fuerunt. Et quia in masculino genere profertur. cum cetere virtutes feminina nuncupacione nominentur. pro amoris karitatis vocabulum. a caro derivatum ibidem indiderunt. Cum vero regnum et principatum omnium adeptus

vtutū: que vnicuiqꝫ eaꝝ attribuit officia au
dite. Dilectioni ꝑ x̄ vt pote ɔſanguinea
et germanā ſua ſedem a ſe conſtituit: ceteꝛꝫ
ceteris oībꝫ poſt ſe dnari q̄ſi quidā vrbis ſue
pfecta voluit. Vrbis vero pfecti cingulū
tꝫ ē. Sollicitudini et diligencia ciuitatis
portarias ee. addita cordis ul quiqꝫ ſenſuū
corpis oēs caute obſeruare. vigilijſqꝫ atqꝫ
excubiaꝝ curā habē precepit. Sapiencia
et meditacōez dapiferas ee. varijs et op
timis ferculis conuiuiones paſce. et ubi
filia eaꝝ pdicacōes conuiuas. ad cena vo
candi vſū habꝫ ordinauit. Erudicione
ac ſtudiū cibos ipaꝝ coquē. et parare
monuit. Memoria thezauris ſuis pre
fecit. diſcipline et ɔpunctioni. reoꝝ vlciſ
cendoꝝ officiū delegauit. ſꝫ ut ɔpunctio
ſponte penitētes et delinquētes filios cor
ripet. Diſciplina vō plebeias q̄ſqꝫ ſuos
et manſeros ſeu degeneres puniet. Caſtita
tem et abſtinentiā ꝛ obedientiā in exteri
oribꝫ atqꝫ penetralibꝫ degere iuſſit. benig
nitate. māſuetudine et ſpūale leticiam
cubicularias ſuas fore ſtatuit. pacientia
ſcutū ꝛ arma ſua portare pcepit. Lari
tate reꝝ ſuaꝝ diſpēſatrice ſtatuit. Indul
genciā et remiſſione ianitrices ſuas vocauit
Simplicitate ſemp adeſſe curauit ſibi.
ꝑ q̄ responsū cunctis interogātibꝫ daret.
Pace ꝛ concordiā iura ſubiectis gentibus
trade rogauit. Dei timore nouicijs qui
buſqꝫ rudibꝫ peſſe mādauit. et ut tirones
inſtruē atqꝫ erudire curaret. Fide duce
exercitꝫ ſui. atqꝫ in bello ſignifera ee dedit
poſt illā quoqꝫ collocauit. Prouidencie
at exercitū circuire. acies ordinare: ſuis in
locis ſinglos ɔſtituē iniunxit. Sane con
templacōez ſpecula aſcendē: et imminēcia
queqꝫ alonge ɔſpicere hortata ē. Sed et
actione in poſterioribꝫ manē: et vltimū
loci tenē deputauit. Hijs ita diſpoſitis
oēs in vnū collocauit. et ſtans i eminenciori
loco. tali beatā cohortē oracōe ɔfortificauit
Volent dilectiſſimi reges ſic iura dare ſub
iectis ſuis. leges inſtituē. precepta impone:
quibꝫ ꝛ bonos in quietis diuturnitate pa
cificando ɔfouent. et malos a leſione bo
noꝝ terrendo cohercant. Nra vero lex
amor ē: ius nrm beniuolencia ē. Precepta nra
beneficia. ſeruiē: dare oībꝫ tā bonis q̄
malis: ut hijs beneficijs ꝛ bonos i pace

et beniuolencia nra retineamꝰ. et malos
a leſione nra retrahamꝰ: et tali eos vlcioe
a malefaciendo ɔpeſcamꝰ q̄ tamē ſi nō ſic nos
lede deſierint. illis quidē leſionis malū
imputabitur: nobis vero erit ꝓ lucro. et grandi
proculdubio comodo cedet. Si modo boni eis
ꝓ malo ſemp redde meminerimꝰ: nō tā
inimici q̄ et maximi amici ꝛ coadiutores
nri erūt. dū nobis occaſionē ɔmerende
corone celeſtis pbebūt. Ergo ſicut reges
huiꝰ ſcli ſuos hoſtes ſibi debellando. atqꝫ
in ſuū cotendūt ſeruiciū reduce: ita et
nos tollerando ꝛ benefaciendo. reos in
famulatū noſtrū retorqamꝰ inimicos
dū ꝓ eoꝝ ſeuicia ꝛ a malis q̄ comiſimꝰ
purgamꝰ: et bonis celeſtibꝫ donamur.
Faciant ḡ illi. parent arma. currꝰ et
equos querant. exercitꝫ congregent. mili
tes inſtruant. ferro induti. armis omnigenis.
hinc illincqꝫ diſcurrant. vociferacōe. vlulatu
ac tubaꝝ clangore. nubes ipas pulſent.
mutuis ſe vulneribꝫ lamentent. cruoris riuos
currē faciant: nos in domibꝫ nris ſedētes
ul in cubilibꝫ iacētes. ac mlta cū pace
et mētis quiete degētes. mlto meliꝰ q̄ illi
pugnemꝰ. et longe excellenciꝰ triumphamꝰ
Poſtq̄ eni hec oīa fecerit. poſtq̄ vrbes et
caſtella ſubiecerit: ſi aliquis contra ſua vicia
vinceret interoges. turpiꝰ eos a quolibꝫ
eoꝝ ecia in minimo ſupari inuenies. in
tantū ut petiti id qd paupes quiqꝫ et
ruſtici facilime ɔquerunt euincere: illi ſi eos
ɔquirant. fateant. nullo se poſſe euadē.
Quid ḡ: Illi hijs oībꝫ laborib ſuis. penā
acquirūt eternā: nos cū iocunditate et
leticia ſpūali celeſtē lucramur gloriā. Iterū
reges ꝛ pncipes thezauriſāt ſibi the
ſauros auri ꝛ argēti. gemaꝝ ꝛ aromatū
ɔgregāt ſibi vaſa pcioſa. veſtes pegri
nas. ornamēta exquiſita: mltiplicāt poſſeſ
ſiones. familias et diuicias. nos ꝓ hijs
delectamur. in teſtimonio bone ɔſciencie in
ſanctitate innocentis vite: in puritate volū
tatis bone. Multiplicamꝰ familiā bonoꝝ
moꝝ. diuicias bonoꝝ opeꝝ: theſauros
ſpūaliū cogitacōm. Illi volūt habē q̄m
plures ſuos ꝛ ancillas. q eis ad nutus mitꝰ
obediāt: ꝛ in oī cura ꝛ delectacōe eis inꝰ
obſequant. nos at glorioſiꝰ ad ſaluatoris
exemplū. malumꝰ miniſtrare q̄ miniſtrari

ſubiecta q̄ȝ preeſſe. obedire q̄ȝ iubere. Pro dele-
ctacione vero carnis in ſpiritualibus gloriamur
deliciis. Dum nos delectat ſcripturarum profunda
reſerare. et veritatis noticiam ab ymo eruere.
diuinis laudibus et ympnis libenter magnam
partem diei noctiſque occupare. et vocis
melodyam interna dulcedine querere. dum
placet etiam angelorum contemplacione mentis per-
fectione indagare. et quale ad quam ſuſpiriamus
vel vmbram aliquam. ſeu vltima quedam
veſtigia perſcrutari. Dum in ipſis mens au-
det aliquando oculum figere. et ex illa ineſtimabili
ſuauitate quippiam vel tenuiter guſtare. Ab-
ſit ergo ut religioſus quiſque carnali quibuſ-
libet iocunditate mentem ſuam paciatur reſolui.
et quod deo debeat. carni attribuat. videntes
de ſpirituali dulcedine mentis intuitum
auertens. ad corporalia illum lenocinia retor-
queat. Cum multa et varia nobis ſpiritualia
bona diuina preparauit prudencia. in quorum
miſterio delectatione. mens die noctuque deti-
neatur humana ſicut ſcriptum eſt. Multa feciſti
tu domine deus meus mirabilia tua. Sunt qui-
tanta ✝ ✝ bus ante delicias. cum vorant auiditate
vt indigeſte copie ſuperhabundancia. aliter
tolerari vel digeri non queant. niſi per crebros
ructus foris erumpant. et incluſus feruor per oris
digeſtionem euaporet. Ut vero quod nunc
dixi. aperioribus verbis repetam. Sunt
qui tanto gemine caritatis repleantur
feruore. vt vis ipſa amoris eos compellat
aliis predicare. et ſpiritualem dulcedinem. qua
plenius ſunt communicare. ne aliquando forte iudic-
iabem contingat eos incurrere. ſi datam ſibi
a deo graciam ceteris neglexerint impertiri.
Precipue cum velint omnes ſecum trahere ad
deum. et vehementer doleant. dum quoſdam
vident in bono opere negligentes eſſe. Nichil
quippe melius quam deum ardenter amare.
et alios addiſcere. Hac completa oratione
benedictioneque data. valedicentes eis. in
viam pacis omnes abierunt

Explicit hec parabola pulchra

Finitum in Kentorp anno domini 1472 ... ſcripta pro ... mea hora qua ſexta de ſero